

Guilbertus Duranti, . . . judex Sancti Africani, commissarius ad infrascripta per Regem deputatus, Johanni Rocambolo et cuicumque alteri servienti salutem. Litteras regias. . . nobis. . . pro parte Catharine filie et heredis nob. Arnaudi de Rocafolio, de Pogeto, etc., presentatas recepisse noveritis, que sunt hec : — Carolus, D. g. Fr. Rex, senescallo et judici majori Carcassone, Amuliani et Sancti Africani. . . salutem. Dilecta nostra Catharina . . . conquerendo significare fecit quod cum inter. . . Arnau-dum, ejus patrem dum vivebat, . . . ex una parte, et Gubernato-rem Montispes. et habitatores de Pogeto ex altera parte, ratione syndacatus, ressorti et superioritate loci de Pogeto et aliorum locorum et terrarum ac quarundam aliarum rerum, certi proces-sus et cause, dis est, in nostra Parlamenti curia fuerint introducti et pendeant, nihil acceptari vel innovari deberet, nihilominus Gubernator pretendens licet falso quod bajulus de Pogeto. . . quondam portaha loci mag. Petro Calvelli advocato et quibusdam officariis curie Gubernatoris clausisset, rebellionem eidem Calvello faciendõ. . . occasione . . . rebellionum et excessuum. . . locum de Pogeto, jurisdictionem et redditus ejusdem ad manum nostram cepit, officarios domini destituendo ; a quibus. . . quon-dam dñs de Ruppelolio legitime appellavit. Cumque judex Giniaci, commissarius virtute litterarum deputatus, ipsas Litteras vellet exsequi et juxta ipsarum tenorem et formam predictos locum, jurisdictionem et redditus, cum essent in casu recedentis, eidem Arnauo restituere, tamen Gubernator et mag. Johannes

Rogeti, procuratorem nostrum se pretendens, de mandato ipsius gubernatoris in odium processuum et appellationum et executio-num dictarum litterarum. impedit a prefato judice et commissario executionem litterarum et recedentiam quam facere intendebat et debebat ; ad nos scu nostram Parla-menti Curiam appellarunt, ipsumque judicem minis et terroribus taliter impediverunt. . . quod. . . litteras nostras, . . . nec recedentiam facere ausus est. . . ; sed, quod deterius est, mala malis emulando, vita functo Arnauo, quanquam omnis executio, maxime funerariis suis impendentibus, cessare deberet, id. Rogeti, judex et commissarius Gubernatoris se dicens, ad loca et terras predictas se transferens, ipsa et ipsas, occasione quarundam litterarum dudum a nobis contra dñum de Paullano oblatarum, predictas terras. . . iterato ad manum nostram posuit, . . . officia-rios dñi Arnaudi destituendo et alios instituendo nomine nostro per quemdam Jacobum Vitalis servientem nostram se dicentem. . . quasdam archas seu coffros in loco Sancti Baudilli, ubi instrumenta originalia ac plura alia instrumenta et littere ejus conquerentis existebant, de nocte rumpere cum magno impetu fecit, ipsasque litteras et instrumenta rapuit, nonnullas injurias, oppressiones et gravamina eidem conquerenti infliciendo. A quibus omnibus. . . ipsa conquerens appellavit supplicans super nos provideri. Quo-circa vobis . . . mandamus quatenus Procuratorem nostrum Montispessuli et alias partes. . . adjornetis, intimetisque Gubernatori et commissario ut ad diem intersint. . . inhibentes. . . sub magnis penis a nobis applicandis ne, appellationibus impenden-dentibus, aliquid. . . attemptent et innovent. . . ; sine attemptata et innovata, si que sint, revocetis, et ad statum pristinum redu-catis ; predictasque terras, etc., nec non scripturas captas recede-datis. . . ; et insuper de attemptatis et excessibus diligenter et secreta informetis, et informationem fideliter clausam Procuratori generali mittere nullatenus omitatis. . . Datum Parisiis 13^o X^{mo} 1395^o et regni nostri 16^o anno ». Verum, cum pro exequendis Litteris regis ad locum de Pogeto nos transportaverimus et ibidem Procuratorem regium. . . coram nos evocari fecerimus, . . . demumque altercato inter Catharinam et Procuratorem, . . . per nos ordinatum fuit ut sequitur : Et nos Judes, attentis et consideratis appellationibus et inhibitionibus. . . , attento

quod per Procuratorem regium Montispes. nihil sufficiens alle-gatum nec ostensum fuit quominus dicte littere nostre exsequi debeant, dictis, productis et probatis dne Catharine et informa-tionibus per nos super hoc factis, ac dilationibus ipsi Procuratori per nos assignatis sufficientibus, . . . attentis allegatis per partem dne Catharine et informationibus super hoc per judicem Giniaci et nos factis, volentes in hac parte tutius agere, recedentiam nobis mandatam fieri, . . . locum de Pogeto et ejus jurisdictionem, redditus et emolumenta ex causa prime captionis Catharine recedimus, potestatem per ipsam et gentes suas habendi, regendi, explectandi sub manu regia laxa donec per ineluctissimam Curiam Parlamenti dñi nostri Regis Parisiis aliud super hoc ordina-tum fuerit. Quantum vero ad aliam captionem et cetera bona locaque et terram dñe Catharine capta post et contra appella-tiones predictas, considerato quod Procurator noster regius nihil sufficiens proposuit per quod justificare valeat captiones hujus-modi fieri debuisse. . . , attendentesque captiones factas esse et processus et omnia per modum innovatorum et attemptatorum revocamus et ad statum pristinum ac debitum reducimus, precipientes omnibus et singulis loci de Pogeto et aliorum locorum habitatoribus, ut de jurisdictione et aliis emolumentis et fructibus debitis et debendis loco et tempore opportunis per eos respon-deant dne Catharino, et obediant sicut ante captionem locorum faciebant, quousque, ut supra predictum est, per metuendissimam Curiam Parlamenti fuerit ordinatum, et hoc sub pena 100 mar-charum argenti dño Regi dandarum. Presentem nostram ordina-tionem. . . in loco de Pogeto et locis de Vendemiano et aliis publicari volumus voce tube. . . . Igitur tibi mandamus quatenus ordinationem nostram executioni demandes et complneas. . . Actum est et datum in loco de Pogeto die 6^o feb. an. 1395^o.